Iwan Sanikowski et Lucam Garbarczyk ad approbandam per ipsos Inscrip
tionem praesentem Laetatoriam vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis au:
thentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum Duarum Septi:
manarum adducere et personaliter Statuere ab eiusque vel eorum Successoribus [illegible]
exequantur efficere Idque sub Damnis Omnibus Simpliciter absque corporali Iuramen
to taxandis per eundem Recognoscentem vel eius Successores memoratis Comilitonibus
fatae Cohortis eorumque familiis incadere non Statuendo praedictorum Sanikowski et
Garbarczyk pro tempore et loco superius expressis ad exequenda Commissa ad Sol:
vendum Succumbendis Pro quibus quidem Suprafatis Damnis Ambos modo
praemisso ad Solvendum succubituris ac re aliqua principali expressis non completa
complenda Citatus erit memoratus Honestus Paulus Hodaczek vel illius
Successores ad instantiam memoratorum Comilitonum eorumque familiorum vel Successorum
ipsorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense Castrum Regni supra
Scriptis quoad videndum spectat mediante Semper in primo Citationis termino
tanquam peremptorio stare comparere videre Damna Omnia praetacta luere In:
Scriptioni praesenti Satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque
ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Illum terminum
primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causas eiusque terminos
Semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum
Legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad Munimenta ad
Quaestorem vel aliis quibusvis dilationibus et Legalibus impedimentis non
differendo ad quietonem exterea ultra proximos Officii praefati Castren Premi:
slien terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appel:
lationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis Simplici:
bus vel triplicatis evasion Suspension fatalibus Iuris [illegible] bello
Conventioneque ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugi:
endo nec modo alio quovis evadendo Hac Sua praesenti personali Recognitione
ad praemissa omnia mediante

Actum in Castro Premyslien Feria Secunda ante festum Nativitatis Sancti Ioannis Bapti: stae proxima Anno Dni Millmo Sexcentmo Quin: quagesimo Quinto. 21/VI

Krzywicki Comilito Cohort M: Sapieha Fredro Pincerna et Exactor Premysl Quitat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capi:
tanealibus Premyslien Nobilis Christophorus Krzywicki Comi:
lito deputatus a Cohorte seu Comilitonibus Legionis alias Pulku

1200 extraneae gentis sub regimine seu legione Illmi et Magnifici Ioannis Sapicha Exercituum Regni Campestris Notarij ad infrata recognoscenda et percipienda delegatus sanus mente et corpore existens atenus Dnbus Iuribus Iurisdictionique suae quibusvis proprijs et competentibus recedendo presenti vero Castren Capitaneali Premyslien Iurisdictioni quo ad actum presentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subijciendo palam libere iudice ac per confessionem recognovit. Quia ipse suo et eiusdem Cohortis suae et Commilitonum suorum vigore Literarum Universalium et assignationis Illmi et Magnifici Boguslai in Leszno Leszczynski Supremi Thesaurarij Regni Generalis Maioris Poloniae Sambonen Miedzerechi et Capitaneus nomine proquorum premissorum ratihabitionem cavet ac se presentibus in solidum Generosum Alexandrum de Plesowice Fredro Pincernam et Exactorem Premyslien de Summa Viginti Quinque Millium et Ducentorum Septem floren Polon et grossorum quindecim ex Summa Originali Triginta Quinque Millium et Ducentorum Septem floren polon et grossorum quindecim per eundem Generosum Exactorem vigore assignationis prefatae ad soluendum sibi Recognoscenti eiusdem Cohorti provenientis et demonstratae de percepta ea summa prefata Viginti Quinque Millium et Ducentorum Septem floren polon et grossorum quindecim ex Contributionibus publicis agrariis dictis Pobor Septem cum media collectis et per se Recognoscentem recepta quietat et liberum pronunciat Nihilominus re[s]pectu residuitatis eiusdem Summae cum prefato Generoso Fredro seu cum alio quovis subsequente Exactore actione sibi Recognoscenti eiusdem Cohorti reseruata. Presenti sua personali Recognitione ad Acta mediante

Actum in Castro Premyslien feria tertia

22/VI ante Festum Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto. Obligatio Woynitowicza

ex Cod Comparens personaliter coram Officio et Actis presentibus Castren Capitanealibus Premyslien Illma et Magnifica Grizella Constantia de Zamoscie olim Illmi et Magnifici Ieremiae Michaelis Korybuth Ducis in Wisniowiec et Lubnie Palatini Terrarum Russiae Consors relicta vidua sana mente et corpore existens A Iuris Dnbus Iuribus Iurisdictionique suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo presenti vero Castren Capitaneali Premyslien Iurisdictioni quo ad actum presentem attinet se cum Successoribus

ac bonis